

porro lignum velut aqua liquidum. Transivit igitur Dei famula cum universis comitibus illa, quasi sicco calle in undis nihil perpessa. Sarius in vita 16. Februar.

Cunegundis Imperatrix ferrum candens tenuit.

CUNEGUNDIS S. Henrici Imperat. Coniux, & virgo, de sponsam Deo virginitatem Daemonis aliu in suspicionem adductam, candentium vomerum experimento probatam reddidit. Quippe Imperatore, & Proceribus insipientibus, signaculo Crucis se communiens, nudis plantis cadentia terra calcavit illa, quasi flamma ipsa virginem caelestis armaturae virtute incensam ladere detrectasset. In vita SS. Bavariae.

Palladius in historia Lausaca cap. 54. scribit: quemdam signo Crucis munitum, in mediis flammis longo tempore illzelum permanisse.

Herbe in aurum mutata.

Erat Christianis quidam gravi are alieno oppressus, qui sibimet manus inferre cogitabat, nisi opportuno remedio iuvaretur. Accersit desperandum S. Joannes Evangelista, eumque levissime solavit, & a tam infami proposito deducere laborat. Tantumque herbarum, quae in proximo erant, excerpere cum jubet, quantum manibus tenere possit. Parec ille, hic facta oratione, & herba, quam manibus tenebat, Cruce signata, eam in aurum convertit, quo missillus iste, quod contraxerat, dissolvit. Simeon Metaphrasti. Lipomannus, Sarius.

POENA NEGLECTI, ET CONTEMPTI SIGNI CRUCIS.

Quidam in provincia Valeriae Martyrius nomine, devotus valde omnipotentis Dei famulus exitit, qui hoc de virtutibus suis testimonium signum dedit. Dum quadam die fratres illius panem subineri, cum fecissent, eique obliti essent crucis signum imprimere, sicut in hac provincia crudi panes signum signati solent, ut per quadras quatuor partiti videantur, idem Dei famulus affuit, eisque referentibus signatum non fuisse cognovit. Cumque jam panis ille prunis esset, & cineribus cooperitus, dixit: Quare huc minime signastis? Qui hoc dicens signum crucis contra prunas fecit. Quo signante protinus immentum ereptum panis dedit, ac fringens in ignibus olla crepissit. Qui dum coctus postmodum fuisset ab igne subtrahens, ea cruce signatus inventus est, quam non contactus, sed fides fecit. D. Greg. 11. Dial. cap. 11.

Quadam die una Dei famula ex co monasterio Virginum, cui praeerat Equitius hortum ingressa est, quae lactucam conspiciens concepit, eamque signo crucis benedicere oblita, avidè momordit, sed arrepta a diabolo protinus cecidit. Cumque vexaretur, Equitio hujus monasterii Virginum Patri sub celeritate nunciatum est, ut veniret concitus, & orando succurreret. Moxque hortum idem pater, ut ingressus est, caput ex ejus ore quasi satisfaciens ipse, qui hanc arripuerat diabolus, clamare, dicens: Ego quid feci ego quid feci? sedebam ibi super lactucam, venit illa, & momordit me. Cui cum gravi increpatione vir Dei praecepit, ut discederet, & locum in omnipotentis Dei famula non haberet. Qui protinus abcessit, nec eam ultra contingere praevaluit. Idem ibid. c. 4.

Eadem ratione in civitate Bonon. Puellam à duobus spiritibus immondis, & malignis triennio vexatam fuisse legitur. Cumque à quodam perito volente illos cum exorcismis, & abjuracionibus ab humano corpore pellere, interrogarentur, qualiter corpus mulieris intrasset, responderunt, quòd sedebant in quodam malo granato, quod ipsam puella comederat. qui tandem virtute adjurationum ab humano corpore receperunt. Guill. Durand. 16. Rational. cap. 86.

Venerabilis fratris Henrici Balyensis Professoris sacrae paginae nostri Ordinis, & Inquisitoris relatione percepti, & alterius fratris Arnoldi nostri praefati Ordinis, qui infra scriptis interfuit, quod nuper in Bucoducensi Conventu Juvenis habens tredecim annos circiter fuit, qui per ejusdem Ordinis habitum, & doctrinam ad profitendam suo tempore disponeretur per parentes. Hic, ut postmodum retulit, hortum conventus intravit, in folio caulium albedinem quandam vidit, & nulla benedictione praemisita, delectatione vicium folium abscidit, avidè comedit, ac demonum quandam pestimum ignoranter deglutivit. Postestus igitur juvenis gestus quosdam cepit habere devotos in orationibus, rapi

eum fratres videbant, & privati omnibus exterioribus sensibus corporis, quibus resistit, loquebatur tamen bonum latinum, quod prius nescivit. Corde tenus proferebat multos biblia passus, qui eum prius latebant, gallicam linguam expressit, quam nunquam didicit, se in caelo mirabilia vidisse asseruit, revelationeque quadam exprimens mirabilia dicere praesumpsit, &c. Allatum ei fuit divinisimum Eucharistiae sacramentum, & in horrore, quem obsessus habuit, manifestam demonis agnovit praesentiam. Dum autem juvenem exorcizavit bonae memoriae frater Arnoldus, dicens monem loqui arctavit, causas ingressus dicere, & corpus miferi dimittere coegit: & manifestissimo dato signo tandem exivit. Idem Nider. 13. Formicarii cap. 1.

Postquam Petrus maleficarum judex (qui in actionibus suis diligenter, crucis signo munire se solebat) officium resignavit, & civitatem Bernensem reintravit, ibique domicilium tenebat: die quadam rediens ad castrum Blankenburg, ubi cognatus ejus in ipsius officium substitutus fuerat; in eodem castrò Petrus quadam negotia apud sibi notos expedire volebat. Tunc una malefica, & quatuor consortes ejusdem malitiae viri de serò in loco uno machinamenta suae artis volentes pro viribus, ut Petrum graviter veneficis laerent, vel occiderent; quae hac latebant fraudis commercia. Adveniente igitur nocte, Petrus se benedicendo crucis signo cubitum ivit: sed nocte surgere omnino proposuit ad scribendas quasdam necessarias epistolas, ut manè recedere à loco valerent. Evigilans igitur in tempesta nocte sibi videbatur ex inopinato, quod dies adesset, luce deceptus fictitia, de quo in se iratus, quia, ut putabat, noctem neglexerat, non se, ut debuit, muniendo more solito vestimentis induit, per gradus altos versus locum, ubi pugillarem habuit, descendit, & locum clausum reperit. De quo majore ira exardescens cum murmure per gradus quos descendere versus lectum iterato scandebat, emittendo unicam ex indignatione maledictionem, per verbum fatis brevis, ac si diceret; In nomine diaboli: Et ecce statim in tenebris densissimis Petrus projectus est in praecipiti per gradum praedictorum passus adò graviter, ut famulus, qui subter scalam in commodò dormiebat, excitaretur; & exiens quid adesset conspiceret vires, domum suam Petrum accenso lumine solum in terra, privatum rationis usum, jacentem & collisum per omnia membra, sanguinem plurimum è corpore emittentem, reperit. Mart. Delrio tom. 2. dist. Mag. 13. p. 1. 97.

Quidam frater ex labore fatigatus, cum serò facto ad dormiendum se disponeret, neglectis solito modo signo sanctae crucis contra terrorem inimici se signare. Nam celeri oppressus somno non est armatus salutiferæ crucis signo. Postea tam graviter fuit perterritus in somno ab antiquo homini generis inimico, ut praeter timore clamaret alta voce, & expurgatus tremere cum ingenti stupore. Tunc demum recordatus est, quod vespere praecedenti non satis cautè se signasset solito vexillo sanctae crucis, & idcirco hostis malignus fuit ipsi in illa nocte tam severè molestus. Ad se ergo plene reversus, invocato salutari nomine Jesu cruce se signavit, & suffragium sanctae crucis devotè legit, sique iterum obdormiens in pace Christi securè quievit. Et ob hujus rei factum per sanctae crucis signum, sine cruce Christi nullum locum mundi ab hostis terrore putavit esse securum. Tom. Cantiprat. 3. p.

Fuit quidam vir venerabilis in Eboracensi provincia apud vicum Furneham dictum, nomine Kerellus, homo quidem rusticus, sed innocens, & simplicitatis merito singularem quandam à Deo gratiam consequutus. De quo plura memorabilia veracium mihi virotum immotere relatu. E quibus hoc unum retexam. Contigit, hunc demonum levitiam experiri: festus enim aliquando ex agrario opere domum reversus, dum somno gravaretur, facti se signaculi nequam impressione munit. Dormienti itaque loco solito duo asistere demones levissimi, atque terribiles, & excitatione apprehendentes; Euge, inquit, Kerelle, incidis in manus nostras, insectos sentire habes, quos provocare minime timuisti, quorum mysteria toties prodidisti. Ille subito casu attonitus nomen Christi invocare, & signare se voluit, nec valuit: manus enim ejus, & lingua tenebantur, ne facri vel signi, vel nominis munimine tueretur. Noli, inquit, Kerelle, frustra conari, manus, linguamque ligavi, ut nihil tibi adversum nos valeat suffragari. Cùmque de illo ita triumphare videretur, & malum, quod ei facere cogitabant, verbis minacibus praevenirent, repente juvenis splendidus bipennem manu ferens introit, stanque in medio, bipenni molli ter digito tacta fontem ingentem dedit, quo

quo sonitu exterriti demones, relicto, de quo triumphare ceperant, homine, diffugerunt. Tum accedens juvenis, quem ejus Angelum fuisse credo; Kerelle, inquit, negligentia tua penè te periclitari tunc fecit: cave, ne ulterius te inveniatis insidiantes tibi hostes inermem. Dicebat autem Kerellus quoddam esse demones magnos, robustos & callidos, multumque noxios, si relaxentur à superiore tempestate: quosdam parvos, & despicibiles, omnes tamen pro suo modulo insectos hominibus, multumque letari, si vel parum illis molestia inferant. Guill. Neubreg. de rebus Angliae 1. 2. c. 21. Joan. Durantus de vit. Ecclesiae.

Subjungitur & hoc exemplum memoratum dignum de duobus Geneva Lausannam cubitus, cùmque tempestas gravis ingrueret cum tonitruo, & fulgure, atque alter illos in signo sanctae crucis antiquissimo Christianorum ritu muniret, Alter eum irridens. Sicine, inquit, vis muscas à naso tuo abigere? (nam hujusmodi factis omnia sacra ludificantur) & ecce protinus denuò celum intonat, idemque ille irrisor fulmine percussus emoritur, alio isto cruce signato incolumi manente, qui mox rem gestam per totam Geneviam divulgavit. Ad omnem progressum, inquit, Tertullianus, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quaequaque non conversatio exerceat, frontem crucis signaculo terimus. Titelm. Breidenbach. 18. collat. Sac. c. 58.

DE CRUCE SPIRITUALI. Vide Locum de Adversitate, & possimum de TRIBULATIONE.

\* Cubicularii.

QUI, ET QUOMODO DICTI.

Cubicularii sunt velut Praefecti cubiculi Principum. Ita legitur in Actis Apostolorum de quodam nomine Blafo qui erat super cubiculum Regis. Act. cap. 2. Vide plura §. sequenti.

Cubicularius Graecis vocatur *νομισθεος*. Plutarchus vero cubicularium *νομισθησιον* appellat. In Aposb. DIGNITAS. CUI DELATA.

Dignitas apud Perfarum Reges summa erat, & Eunuchis ea deferrebat. Hinc *αυτοκρατορας*, Syriacè *Mehajemnach*, quod interpretatur praepositus. At Graeca vox idem valet, quod lectum habens, aut lecti custos. Ad cubiculi enim, & gynaecei custodiam, curamque expeditores sunt, neque suspecti de fide continentia ad versus uxores.

In historia Aethiopiae, Egeum Eunuchum praepositum fuisse Gynaecei pellarum regiarum, earumque curam ei demandatam. Ibidem quoque nominatur Susagagus, pellicum, ac concubinarum regiarum praefectus. Immo ipsi Aethi in obsequium datus fuit Aithac Eunuchus ab *ευνος*, quod est cubile, & *ευνος* id est custodio.

Apud Ethnicos *Eustathius* in 3. Olyss. meminit Demodoci, & Phemii Eunuchorum fratrum, quorum ille Clytemnestrae, sicque Penelope custos erat.

Inter Christianos, Justinus Imperator Narfen quemdam Eunuchum: Arcadius Eutropium habuit, quem cubiculis praefecit.

Deferenda autem Cubiculi cura personis, quarum probitas, & indoles perfecta est, quippe ut bene *Cassianus* in *Catal. glor. mundi*, considerat. 6. num. 8. Cameram Principis deesse esse honestam, immaculatam, & sanctam. Unde dicuntur Praepositi sacri cubiculi, quos Galli dicunt Magnum Seneschalcom. Videatur *L. Quinquages. C. de oper. pub.*

Tempore Constantini nomine primi cubicularii Imp. erat Patracemomenus, qui in Gallia aliquando dictus fuit Ciambellanus primus: habent enim sub se alios cubicularios minores.

In familia Romani Pontificis est etiam ordo Cubiculariorum, cui aliquando Laici fuerunt delegati. Quamvis jam inde à Gregorio Magno ad Pontificis cubiculi obsequia non nisi Ecclesiastici admittantur, ablegavit enim in *Con. il. Rom. c. 2*. Pontifex, Laicos, pueros, & faculares, ut is, qui in loco est regiminius, inquit, habeat tales testes, qui vitae ejus in secreto conversationem videant. Legatur *Bar. in not. ad Mart. 11. Junii. insignia.*

Insigne Cubiculariorum in aulis, & palatiis Principum, est Clavis, quam palam, & ex collo pendente gestent. Aurea quidem, si inter majores cubicularios numerentur: ferrea, si inter inferiores, quos in Hispania vocant Adjutores Cameræ Principis.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

In Palatio Pontificis, Cubicularii habitu distincto utuntur, & singularibus praerogativis reliquis Officiariis praefertuntur. Ut pote qui Pontificis veli custodes, & familiares existant, si quae ipsius etiam Chartularii, quos Secretarios vocant rerum intimarum.

Vide pleraque in Titulo de Polit. Person. §. Praefecti.

Cubitus.

Quare Tit. de Mensuris.

\* Culpa.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, & DIVISIO.

Culpa Graecè *ευλαμια*. aliter usurpatur apud Jurisperitos, aliter apud Theologos. Apud hos enim culpa idem est quod peccatum, sive mortiferum, sive veniale, apud Jurisperitos verò est idem quod omisso alicujus diligentiae, unde sequitur aliquod incommodum.

Dividunt autem culpam in latam, latiore, latissimam, levem, & levissimam. Culpa latissima est dolus apertus, latior est dolus praesumptus.

Est autem dolus quavis calliditas, fallacia, & machinatio ad circumveniendum, fallendum, & decipiendum adhibita. Calliditas sit tacendo, fallacia mentiendo, machinatio arte verborum. Ita tradit *Gloss. de dolo l. 1.* sequuntur passim Doctores.

Culpa lata est omisso ejus diligentiae, & circumspectionis quam passim homines eisdem conditionis adhibere solent: ut si quis librum condemnatum relinquit foris ante ostium.

Culpa levis est omisso ejus diligentiae, & circumspectionis quam solent diligentiores illius artis, vel professionis adhibere.

Culpa latissima est omisso diligentiae, quam diligentissimi, & prudentissimi adhibent. Vide *Novar. c. 17. n. 177* & *l. 1. §. 1. q. 6. Silvest. verbo Culpa, in principio.*

Consule Locum de Peccato, Penitentia.

Cultus.

Vocabulum Cultus tot habet significationes, quot ipsius primitivum Culo, cui quinque conveniunt significata, ut notorium est apud Grammaticos. Possima verò hujus verba est, ut denotat reverentiam, & obsequium erga aliquem. Habetque locum tam erga Deum quam ad homines. Utroque enim suo modo colimus. Si quidem omne opus bonum factum ut Deo placeamus, est cultus quidam Dei juxta modum loquendi Scripturae: nam visitare viduas, & pupillos, & immaculatum se custodire ab hoc seculo t ubi omnes virtutes continentur est vera religio apud Deum, *1. Beneficentia* & eleemosyna vocatur hostia Deo acceptabilis *ad Philip. 4. & ad Hebr. 13.* Jejunium, & obsecrationes vocantur servitius, & latria. *Luca 2.* Castitas, & corporis castigatio, hostia sancta, rationalis obsequium, seu rationalis latria, *ad Roman. 12.*

De cultu Sanctorum, Sacrarum Reliquiarum, Temporum, Consule Locos proprios. Cultus corporis. Quare corpus.

Cunctatio.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA. H

Cunctatio *μειδιαισις, δεισιμας, δεισιμασις*. Idem quod tardatio, & procrastinatio. Cunctatio enim est de die in diem differre. Unde procrastinatores cunctatores dicuntur. Et accipitur plerumque in deteriore partem, ubi agit de negotio salutis aeternae, aut re quampi consequenda, sive periculis, quae in celeritate consistit. Aliquando tamen in laudem ponitur, ubi mora, & tardatio rerum mutationem in melius adductura videntur. Quomodo in bello nonnunquam, & tumultibus publicis opportuna cunctatio est: dum per hanc animorum fervor staccit, hostium vires eliduntur, & meliora consilia ineuntur. Quomodo Fabius Maximus cunctatunda quadam prudentia vires Hannibalis fregit. Unde & Cunctatoris cognomen consecutus est, & de illo *Ennius*.

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Prioris acceptionis meminit *Cel.* scribens ad Ciceronem: Nosti Marcellum, quam tardus, & parum efficax sit: Itemque Servius quam cunctator. Hebraei *Oreb* dicunt, ab *Arach*, prolongatus fuit, & habet cognitionem cum *Arach*, longum iter inivit.

Rt 4 Pro-



ciam voluit. Dum ille cunctatur, aucti numero Russi se op- A posuere, quante ad dedicationem promptissimi videbantur. Ita expeditio illa, magnis intentata conatibus, per cunctationem evanuit, ac profus inutilis fuit, nisi quod Russis monstrata est Livonia ignota prius potentia: quam melius erat eos ignorasse. *Crantz. l. 15. Vandal. c. 18.*

Henricus a Lyppa Poloniae praefectus a Venceslao V. Boemorum rege, crebris in Boemiam missis nunciis subsidia postulabat contra Uladislavum Lothicum. Ubi nulla apparuerunt, concessit ipse ad regem, coramque exposuit, quo in periculo sita esset Polonia, cui tamen obviam adhuc iri facile posset, cum Sandomiriis, Cuyaviis, & ipsam regiam sedem Cracoviam obtineat, modo per tempus succurratur. Cum ergo proceres expeditionem in Poloniam statim faciendam suaderent, libere exclamavit: Restituite nobis equum, si cupitis ut in Poloniam equo vehamur. Nunc enim praeter sellam, atque eam male sartam, maleque rectam, nihil aliud nobis reliquistis, ita ut ne aulam quidem ex dignitate alere, nedum militem scribere queamus. Antequam latius indignationem serperet, excipit Henricus, seque pro omnibus sponsores facit, daturum, quemque pro virili sua esse operam ne miles regi deficiat. Scripta confestim ex Boemis duodecim, ex Moravia autem quatuor millia hominum. Rex pergens in Moraviam, ut in unum contraheret omnes copias, Olemutii a scario caesus est. *Dubr. l. 19.*

Lucius MALVETUS Bononiensis, Ludovici Mediolanensis principis legatus, Venetis ad Pisanum vicum pugnam inturris, & sibi confestim auxilio venire rogantibus, pranderet se prius vellet respondere. *Bemb. l. 3. Ven. hist.*

Cum regem Ptolomaeum quidam ferret laudibus, quod & exercitum quotidie probe exerceat, & ipse probe, & sedulo in armis lubigeret corpus suum, Philopocmenes inquit, Atqui quis regem hoc aetatis suspiciat non opus edentem, sed meditantem? *Plat. in Philop.*

Vide Locum de Salubritate, & Procrastinatione. Ubi nullum horum Argumenti.

Cuniculi.

Quod cunei instar terram findant.

Quere sub Tit. de Locis. §. Forarum, & Terrestrium animalium.

Fosfores terrae, fecundi, perniciosi.

Narrat ex Plinio Camerarius p. 2. bovar. succif. cap. 13. in Hispania in cuniculis suffosum esse oppidum, ut experientia constat, insulas pleraque, & loca mari adiacentia, adeo per isthac animalia fuisse excavata, ut adveniente per tempestatem altiori aestu conciderint, & aquis aditum fecerint. Hinc eos Strabo nominavit *σπιρυνος λαγυδης*, quasi teluris effosores. Abundat illis Hollandia, ut nescias an alibi tantam copiam reperias.

Est autem animal fecundissimum, ita ut natura sua ex uno conjugio, verba sunt *Adriani Junii*, inter vertentis anni curriculum, septuagesima proles valeat existere. Sobolem autem illius recensentem *Liberides* vocat *Strabo* in *Gymnasis* seu *Balcaribus* insulis, ita in immensum aucti erant olim cuniculi, ut missis Legatis Roman ab Augusto militare auxilium petere contra eorundem proventum, & injuriam menses populantium. Hinc apud Erodianum vocatur *μυρσιον*, quasi animal penuriam adducens, & famem invehens. Quocirca plures adinventi sunt modis capiendis: potissimum caellae agrestes ex Africa adductae, quas furores appellant vulgari idiomate, intra foramina immittit, eos extrahunt, aut fugant.

Cupiditas.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA, NATURA.

Cupiditas, Graece *επιθυμια* dicitur. Et est improba voluntas, secundum Augustinum l. 3. de libro ar. bitrio. Caca, & temeraria animi dominatrix, cujus sitis nunquam expletur, secundum Ciceroem l. de Inventione.

Cupiditas est inordinatus amor pecuniae, vel effrenatus habendi appetitus: quae & cupido secundum genus dici potest, nam cupido in masculino genere Deum amoris signifi-

cat. Sunt, qui cupiditatem a cupidine ita distinguunt, ut cupiditas levior sit, ac temperantior, cupido autem gravior. E Lucilius.

Cupiditas ex homine cupido nunquam tollitur.

De eadem etiam Claud. 4. Hon.

At sibi, cuncta petenti, nil collatur cupido,

In secur, & tradus imo, compulsa recessit.

Quae veluti immanes referat cum bellas rictus,

Expleri, passique nequit, nunc verberare curas

Torquet avaritiae stimulis, nunc flagrat amorum:

Nunc gaudet, nunc maesta dolet, satiataque rursus

Exoritur, caesaque redit polentius hydra.

S. Aug. Lib. 11. de Genes. ad Litt. c. 14. accipit cupiditatem pro illa, qua quis appetit aliquid amplius sive honoris, sive pecuniae, sive opum, sive voluptatum, sive vindictae, quam ipsi conveniat, sic ut sub illa comprehendat superbiam tanquam speciem, & ita intelligit illum Apostoli locum l. ad Timoth. 14. Radix omnium malorum est cupiditas, Verum alii xta mentem Apostoli, explicant cupiditatem, amorem pecuniae inordinatum, sive avaritiam proprie dictam, quam Graeci *επιθυμια* dicunt, quod nomen etiam in praefato textu reperitur: quae quidem radix est malorum, quia omnis generis mala ex ea nascuntur: vel quia supeditat modum, & instrumentum omnibus malis, videlicet pecuniam.

Cupiditatis infatigabilem sitim ita describit Ovid. l. 1. Fast. Vix ego Saturno quenquam regnare videbam, Cujus non animo dulcia lucra forent. Tempore crevit amor, qui nunc est summus habendi: Vix ultra quo iam progrediatur, habet. Pluris opes nunc sunt, quam praesi temporis annis, Dum populus pauper, dum nova Roma fuit. At postquam fortuna loci caput extulit hujus, Et tetigit summos vertice Roma Deos. Creverunt & opes, & opum furiosa libido, Et cum possideant plurima, plura petunt. Quaevere ut absumunt, absumpta requirere certant, Atque ipsae vitii sunt alimenta vices. Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda, Quo plus sunt potae, plus stantur aquae. Idem 2. Amor. 9.

Venator sequitur fugientia, capta relinquit Semper, & inventis ulteriores petit. Juvenalis 14.

Interdum pleno cum turget sacculus ore, Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit, Et minus hanc optat, qui non habet: ergo paratur Altera villa tibi, cum rus non sufficit unum, Et proferre libet fines, majorque videtur, Et melior vicina leges, mercaris, & hanc, & Arbusta, & densa montem, qui canit olivae. Vidisti aliquando canem missa panis frustra aperto ore captantem: quicquid accepit, protinus integrum devorat, & semper spe futuri hiat. Idem evenit nobis, quicquid expectantibus fortuna proicit, id sine ulla voluptate dimittimus, statim ad rapinam alterius erecti, & attoniti in epicureum illud chaos incidimus, inane sine termino est. *Epist. 13. Seneca.*

DIVISIO.

Partes cupiditatis 14. Avaritia, Iracundia, Superbia, Inimicitia, Odium, Discordia, Simulatio, Indigentia, Pervicacia, Desiderium, Ira, Feritas, Cupido, Servitia.

Superbia est cupiditas fastus, & excellentiae, atque inaccessa praese insolentiam ferens, focii, & aequalis impatiens, inani de se existimatione, ab aliorum se consuetudine seipungens.

Odium est ira in veterata, Cicero l. 4. q. 1. vel: odium est vetus ira ex causis pluribus collecta, diuturno tempore perfeverans. *August. in lib. assini.*

Simulatio est occulta, ac simulata ulciscendi cupiditas verbis aliud ostentans, & in animo aliud recondens. Vel est mendacium in signis factorum exteriorum. Graecis appellatur hoc vitium *επιθυμια*.

Ira est repentinus, & subitaneus impetus, & aviditas ulciscendi, alii sic: Ira est libido puniendi, ejus, qui latissime videtur, injuria: Aristoteles autem, Ira inquit, est ulciscendi appetitus, &

CURA, ET SOLICITUDO VARIARUM RERUM.

EXEMPLA HISTORICA.

FRIDERICUS III. Imp. cum ad Coloniae comitia repente ingens vis mortalium convenisset, hospitium, & civium censu instruto, panum quoque, qui eo die in urbe reliqui ad cenam servabantur, numerum inicit: sic ut in quatuor, vel quinque capita singuli panes obolare vix responderent. Postero die equinam e tanto numero in tanta panis paucitate efluvissent quaestione habita? divina benedictionis memorabilis exemplo omnes affatim satiatos fuisse deprehendit. *Joan. Agric. Islebius in Adag. Germ. Bot. bescheber ubi nacti.*

CONSTANTINUS Imp. in consueto milite nimium cautus examinatore meritorum scrupulosus fuit: Palatinus dignitates, velut ex quodam tribuens perpendicularo. *Mar. l. 22.*

GALLUS CAESAR ad tuendum Orientem felicitus a Constantino contra Magnentium profecto, noctu cum satellitibus incognitus per lupanaria, & tabernas cursitabat sciscitantibus sub voce Graeca, & alterata: Quid de Caesare sentient? male de ipso locutus trucidabat reperto aliquo figmento. *Culp.*

ARIPERTUS I. Longobardorum Rex, ignoto habitu per oppida vagabatur, sciscitando, & explorando, eequid defessit, sique iudicibus populi querebantur? *Paul. Diac. l. 6. c. 10. & l. 3. Bonif. l. 8. Dec. 1. Polg. l. 4. b. h. Angl. Sig. l. 2. reg. Ital.*

FRIDERICUS senior dux Austriae, Imperatoris Frederici III. patrius saepe mutata veste solus inter agrestes versatus est: cum quibus diurna mercede, & arans, & alia quaevis munia faciens turis, & de se ipso, & purpuratis suis confabulari consueverat. Interrogatus cur id ageret? nequidem de me, inquit, alio modo verum audire possum. *En. Syl. l. 3. Com. in Penor.*

Nam grave quid prodest pondus mihi drittis auri, Atque si findant pinguis mille boves? Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis, Tenare sroo tuis, sive Caryste tuis? Et ne mora in domibus sacros imitantia lucos, Aurataque trabes, marmoreumque solum? Quidve in Ergythrae legitur, quae litore coucuba, Tinctaque Sidonia murice lana juvat? Et quae praeterea populus miratur in illis, Lurida quae falsis plurima vulgus amat. Nam opibus mentes homini, curaque levantur. Nam fortuna sua tempora lege regit.

HIEROGLYPHICUM.

Per lucem Persicam carne spoliata nonnulli hieroglyphice significant hominem, qui variis curis, sollicitudinibusque sit undecunque exulceratus: ut nullum sit rummarum, anxietatumque genus, quo se non afflictatum sentiat, vicemque suam miserimè deploret. *Pier. Val. l. 54. pag. 526. 6. F.*

\* Cura Proximi, Circa negotium Salutis.

Quam suae dispensationis mercedem a principe pastorum consecuturi sint, qui proximi sibi commissi saluti, & cura advigilant, superfluum huc in medium adducere indicavi. Propositum itaque paucos, eosque selectissimos hujusce muneris sectatores, persequi. Ordiamur ab eo, qui hic Principatum gerit Christo Domino. Concesserat aliquando in deserto, & turbae cum detinebant, videntes admirabilem ejus virtutem, ne ab eis discederet. Quibus ille ait: Quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Insinuabat autem omnium omnino ovium suscipiendam curam, ne ulla earum vitia, & negligentia Pastoris periret. *Luce cap. 4.*

Egregius commissi sibi gregis protector S. Ambrosius Episcopus Mediol. cum templo suo ab Arianis egredi cogeretur, coque plane cedere, Sponte, inquebat, hoc non fecero: ne lupis ovium septa contraderet videret, aut Deum blasphemantibus. Hic, si placet, occidite. Gloriosum, ducedebat, pastorem cum ovibus, & pro illis, in propria causa, mortem optetere. *Socrat. lib. 9. c. 20.*

S. GREGORIUS Thaumaturgus, quoque sanctitate, & doctrina illustris, at signis, miraculisque illustrior, ob quorum praestantiam Thaumaturgus appellatus, cum innumerales Neocaezaez, & alibi ad fidem Christi suo exemplo, eloquioque traaxisset, e vita laboribus fractus migraturus, rogabat, quot adhuc superessent in Neocaezariensi urbe infideles, cumque responsum esset, septemdecim, Gratias Deo, inquit, totidem erant fideles, cum accipi Episcopatum. O miram Pastoris vigilantiam: quem etiam morientem gregis sui cura sollicitat. *Nicoph. l. 17. Brev. Rom. 17. Novemb.*

& rursus: Ira est fervor sanguinis: aut sanguis circa cor incensus. Altera definitio materiam, altera speciem, vel rationem spectat.

Cupido est libido circa res studiosas. Est namque acris affectio ex irrationali excitata affectu, vel appetitu, ut Veneris, aut honesti imagine decepta. Iracundia est ira, qua cum nata est, desinere videtur, & placari: ac tanquam sub cinere ignis exarsitans, quoad perfectum, quamobrem cum incensa est, non cessat. Aristoteles autem inquit: Iracundia est vitium partis irascibilis, ob quam commobiles sunt ob iram animi.

Vide Locos proprios harum Specierum.

Requirat Lector plura sub Tit. eorundem particularibus. De Cupiditate, & Desiderio variarum rerum absentium, Consule Titul. de Absentia, & rebus absentibus. Ubi multa exempla, & historia, quae ad hanc rem faciunt.

APOPHTHEGMATA.

Simonides interrogatus, cur in extrema senectute avarus esset: Quoniam, respondit, malim defunctus opes inimicis relinquere, quam vivus amicis egere. His ille verbis plurimorum amicitiae inconstantiam damnavit.

Diogenes multa, & magna simul accipientes, insigniter mendicos appellabat.

Iocrates: Timon ille agnominè misanthropos, id est, hominum osor, elementa malorum esse dixit, infatigabilitatem, & ambitionem.

Cupiditatis exitus feralis.

De Mide Voto, Ovid. l. 11. Metamorph. Hinc Deus optanti gratum, sed inutile fecit Maneris arbitrium, gaudent auctore recepto. Ille male usuris donis, ait, effice, quidquid Corpore contigero, solum veritatur in aurum. Annuat optatis, nocituraeque munera solvit Liber, & indolat, quod non meliora petisset. Latus abit, gaudetque malo Berecynthius heros, Pollicisque fidem tangendo singula tentat. Tum verò sroo ille sua cerasia dextra Manera contigerat, Cerealia dona rigeabant. Sive dapes avido convellere dente parabat, Lamina fulva dapes admosto dente rigeabant. Misceerat parvis auctorem numeris undis, Fuisse per rictus aurum fluitare videres. Attonitus novitate mali, divosque, misereque Effugere optat opes, & quae modo voverat, odit. Copia nulla famem relevat: sicut arida guttur Vrit, & inuiso meritis torquetur ab auro.

Queres. Avaritia. Ambitio. Libido. Gloria vana. Tenoribus quidam et sese obstrinxerat olim, Nulla quies ut ei notis dieque foret. Creditor instabat namque unus, & alter in boras, Nec, quo se plane vertere posset, erat. Credita persolvit, tamen hi cum favore tandem Omnia, sic misero parva labore quies. Parva quidem, haud obstanta tamen: nam creditor unus Ulque licet capiens, ubi molestus erat.

\* Cura.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, ET NATURA.

Cura Graece *επιθυμια* idem quod anxietas cordis. Est autem cura mentis, curatio medicinae, curatura verò diligentiae. Terentius: Reddunt curatura junceas: hae tamen sepius confunduntur. Differunt item cura, & sollicitudo: quod cura proprie est in spe bonorum, sollicitudo autem in metu malorum. Cura dicta, quod cor exercuit. Hebr. *Karadab*. fortasse à verbo *Karadab*, trepidavit. Cura enim non est sine metu, & trepidatione. Earum natura expressit Horat. 2. Carm. 25.

Non enim gaze, neque Consulatis Submovet libror miseris tumultus Mentis, & curas laqueata circum Tecta volantes.

Idem 3. l.

Timor, & mina Scandunt eodem quo dominus: neque Decedit avara triformis: & Post equitem sedit astra cura.

**S. GODOFRIDUS** Episc. Ambian. praeerat adhuc, priusquam A. Episcopatum suscipiendum reperetur. Cœnobio parum celebri, & dotato in antiquo Rhemeni Antiflicii, alterius, quod tum forte Rectore carebat, longè præstantioris cum nominis tum fortunæ, guber nacula susciperet, exclamans, Neque, ait, possum, neque si possum, velim pauperulam sponsam ditiori præferre. Generosè admodum significabat, magnos honores graviora etiam onera, curasque comitari. *Sur. tom. 6. in vita. Beyerl. in Apopt. Christ.*

Præclarus vir S. Thomas Cantuariensis neque hoc loco silentii nube involvendus. Suadebat ei Antifites quidam ex suffraganeis, quò cum rege pacem servaret, sequæ extremo vitæ discrimine eriperet, Episcopatu cederet. Cui ille generoso non minus, quam forti animo: Non ea conditione Episcopatum suscepi, ut Regi cum tradam: sed ut pro illo me ipsum etiam, si ita opus, impendam. Unde postmodum in exilium pulsus, admonitus fortassis à priori illo Antifite, mollius cum Rege ageret, æquè illustre responsum dabit: Clavum teneo, & ad somnum me vocas? insinuas, boni pastoris esse, animam suam pro ovibus ponere. *Sur. tom. 6. in vita. Th. Siapl. in Prompt. moral. Beyerl. supra.*

**B. Joan. Episc. Rossensis.** Requirit de Ratione reddenda. *Vide Locum de Christiana Religione, & Conversione.*

**CURA CASTRORUM.**  
**CURA CORPORIS OECONOMICA.**

**Q. U. O. A. D. V. I. C. T. U. M.**  
Egyptii natos adeò parva educant, faciliq; impensa, ut vitæ credi possit. Nam tum corporum, tum aliis radicibus, quas sub cineribus coquunt, cum caulibus palustribus, quas partim coctas, partim asidas igni, partim crudas pro cibo præbent, liberos nutriunt: discalceati nudique majori ex parte, ob patriæ temperiem, vitam ducunt. Omnis sumptus in pueros, quousque ad ætatem perveniant à parentibus impensus, non excedit drachmas viginti. Qua ex causa contingit Egyptum gentes cæteras hominum numero excedere, pluraque in ea magnifica esse opera effecta. *Diod. l. 2. c. 6.*

**VESTITUM.**  
Romæ in Spartanorum familia gentilitium fuit, feminas linea veste non uti. *Plin. l. 10. c. 1.*

**MEDICAMENTA. MEDICINA DOMESTICA.**

**C. M. CATO** in libris de rusticâ boni patrisfamilias officium esse putat, familiæ suæ sanitati prospicere: eaque propter ipse quoque remedia certa ad omne genus morborum tradit.

**EXERCITIA.**  
*Ex loco Corporis exercitiorum quædam domesticæ huc referri possunt.*

**BALNEA.**  
Rom. veterim tanta fuit modestia, ut neque parentes cum liberis, neque nepotes cum patris lavarent. *Val. R. l. 1. c. 1. c. 1.*

**ACQUISITIO.**  
*De privata acquisitione hic tantum agimus, cujus exempla quædam ex Tit. Prudentia in acquirendis opibus peti poterunt.*

**MILITIA ACQUISITA.**  
Romani proprium nihil possidebant, quandiu patres eorum in vita manerent: sed & pecuniæ, & corpora filiorum parentum potestati arbitrioque permissa erant. Verum Imperatores, ut præmio aliquo adolescentem ad militiæ labores invitarent, Cætrene peculium his pleno jure concesserunt. Quod *Juvenalis 16. Sat.* ubi militiæ prælia enumerat, his verbis declarat:

*Solis præterea tessandi militibus jus  
Viro patre datur, nam quæ sunt parta labore  
Militiæ, placuit non esse in corpore census.  
Omne tenet cujus regimen pater. Hotom. de verb. jur.*

**HÆREDITATE ACQUISITA.**  
Considerandum  
*Qui, Quales, Respektu*  
Legitimi ortus.

*Lex Athenis fuit, ut si quis nothum haberet filium, legitima Filia caperet hereditatem, nothis autem V. minz circiter relinquerentur. Suid.*

**Primogenitura.**

Nobiles Primogeniti apud Gallos, ut etiam apud Britannos, magnam capiunt partem totius hereditatis, ac perpetua majorum successione avitas hereditates tenent: ne in plures distractis prædis decus nobilitatis, quæ militatè disciplinam tuetur, intercat. *Joan. Bod. Meth. hist. c. 6.*

**Sexus.**  
Lycii populifilias, non filios, hæredes nuncupant, & à matribus cognomenta ferunt. *Alex. l. 6. c. 10. Stob. ser. 42. c. 2.*

*Nicolas de moribus gentium hist. & Herod. l. 4.*  
Cantabri, maribus omiffis, filias ex æste institunt.

Duodecim tabularum apud Rom. lex masculos æquè, ac feminas ad bona parentum pariter vocavit, eosque sine testamento valido, sine nullo: nec solum natos, sed posthumos, invitos, & necessarios hæredes esse jussit, proque hereditatis portionibus legata distribui voluit.

Sueno Danorum rex à Sclavis captus, & matronam mundo muliebri redemptus, feminis deinceps participandam hereditarium jus, à quibus ante lege repellentur, indulgit. *Saxo l. 10.*

**Cognationis.**

Apud Æthiopes ad regni successorem, non regis, sed fratrum filii vocabantur. *Alex. l. 6. c. 10.*

Apud Arabes II. lege cavetur, ut fratres gentilium hereditate successores ante cedant filios, quia natura grandiores sint.

**Quomodo. Videlicet**

**Successione.**

**SALPHAAD** Hebraus intestato decesserat sine liberis masculis: de ejus hereditate, five successione in Terra sanctâ divisione agebatur inter Maalam, Noam, Hegla, Melcha, & Therfam Filias, atque fratres, aut agnatos defuncti. Hi ad se hanc ideò pertinere dicebant, quòd cum ita per tribus divisa sit patrimonium suis Judæorum moribus, ac legibus, ut gentis, atque familiæ bona potius esse dicantur, quam eorum, qui possident: filias merito excludi debeant, quia familia exeat. Hæ contra Moysen Elcazarum, alioque Moysis assertores ad cognationem naturalis æquitatis adducebant, quæ masculos æquè, ac feminas amplectitur. Itaque secundum filias pronuntiavit, modò ne extrâ gentem, famigliamque nuberent, ne quid stirpi Manassenum decederet: atque etiam decretum est in posterum, ut ad successorem primo loco filii, secundo filia, tertio fratres defuncti: si ne hi quidem ulli erunt superstitès, aut hæredes esse nolint, avi: postremo agnati vocentur: multis de causis (quas unufquisque Populus hoc vel illo jure utatur, pro more, utilitate, & regione iustas habet) filium filia anteponendum, nec non & filiam vel ipsi ex filio nepoti, quia antè filia sit omni nepote proximior, nec per ullam fictionem, aut representationem, sed re ipsa: præterea, si lex semper naturam imitatur: quia nostra omnium affectio priorior est in liberis, qui verè nostri sunt, quam in nepotes, qui sanè ad patrem suum pertinent. *P. Herod. ex Mosè, Numerorum c. 36. in Flavio Josepho, l. 4. Antiq. c. 7.*

Germanis de bonis testari non licebat: sed si liberi extarent, ad intestati patris hereditatem admittentur: si minus, proximiores propinqui. *Alex. l. 6. c. 10.*

**Testamento.**

Cum ex Domini præcepto in campo Moabitum Moyses Israelitas omnes recensuisset, ut eis terra sancta, quam invasuri erant, divideretur. Filia Salphaad ex gentilitate Manassis, qui in deserto mortuus fuerat, quinque numero, Maala, Noa, Hegla, Melcha, & Therfa Moysen convenerunt, & quandoquidem pater suus nullo hæredè filio relicto in solitudine cum aliis perisset, vir alioqui bonus, minimèque seditiosus, petierunt, ut sibi inter consanguineos sui patris daretur possessio. Moyses igitur consulto Deo, ad eas hereditatem paternam transtulit: & porrò legem tulit, ut, si quis sine filio moreretur, filia in hereditate succederet: si etiam sine filia, fratres haberet, patris fratres hereditatem adirent: si ne hi quidem essent, darent hereditatem ei, qui de ejus gente ad eum propinquitate proximè accederet. *Num. 27.*

SOLON, nisi extarent filii, quos testator vellet, scribi hæredes jussit pro arbitrio.

Incunabula corruptionis, & morbi resp. habuit Lacedæmonio.

moniorum, ab eo fermè tempore, quo everso Atheniensium imperio referentur de auto, & argento. Verum cum retineantur tamén fortes hereditatum, quantum Lycurgus servari in successioribus numerum fanxit, & pater filio fortem suam relinqueret: idem ordo, & æqualitas utriusque permanens, civitatem ex alis allevavit peccatis. Ut verò Ephorus fuit vitæ fictiosus quidem, sed præfractis, & acerbis moribus, Epitadeus nomine: hic similitate ei tum filio exorta tetrum promulgavit jus, ut cuique esset hereditatum suam, & fortem, cuiusque vellet, & inter vivos donandi, & relinquendi flamento. Atque hic quidem quò ita suæ privatæ indulgeret, eam tulit legem: quam avaritiæ consultrice comprobantes, & seiscientes alii, optimum ordinem convulserunt. Nam citrà delectum jam possessiones quærebant prævalentes, propinquos pellentes successioribus, brevique opulenti ad paucos confluentes, occupavit civitatem inopia, quæ expulsi bonis artibus, occupationem illiberalem traxit secum in fordidis cum invidia, & odio locupletium. Superaverunt ergo non plus fepingenti Spartiæ, atque horum fuerunt fortasse centum, qui agrum, & fortæ tenebant: reliqua terra inops, & abjecta residebat cum illis in urbe. Hæc, & bella fortis ignaviter sequebantur propellentes, & semper opportunitatem aliquam captabat mutationis, ac retum novarum. *Plut. in Agide.*

**POSSESSIO.**  
*Ex Loco Opulentia huc multa accommodari poterunt.*

**CONSERVATIO.**  
SOPHOCLES tragediarum scriptor excellentissimus, cum propter nimirum studium, rem familiarem negligere videretur: à filiis in judicium vocatus est, ut illum quasi desipientem à se familiari removerent Judices. Ipse ne ætate in delirium venisse videretur, recitata Judicibus se fabula, quam in manibus habebat, & proximè scripserat, Oedipo Coloneo, sententis eorum dem est liberatus. *Ci. lib. de Senectute.*

**Curatio.**  
**SIVE MEDELA MORBORUM.**  
*In genere.*

**QUI A QUIBUS CURATI,**  
ut potè.

**A DEO. SANCTIS.**  
*Consule Locum de Annulis, & Benedictione.*

**INNOCENTIIUS** Advocatus Vicariæ præfaturus, cum ulceribus chironiis in immò laboraret, sine quodam medico latente, factum est, ut ad necessitatem secundæ sectionis deventum sit. Quàm cum ille magis, quam mortem formidaret, oratur pridè, quam fecaretur, pro illo Saturnius Episcopus Uzulenfis, vir sanctus, Gelosus presbyter, diaconique Carthagenensis Ecclesiæ, inter quos Aurelius, qui postmodum fuit Episcopus, prostrati in terram, scientesque uberrimè. Aderat & ipse D. Augustinus cum fratre Alipio. Factum itaque est ut manè sequenti dum medici adessent, ut qui inter manus fecantium moriturus existimabatur, absque sectione sanus inventus sit. *Cardanus de rerum varietate lib. 15. cap. 81. ex D. August.*

Cum nuper Uzali (quæ colonia est Uticæ vicina) effemus, Petroniam clarissimam feminam mirabiliter ex magno, & acque diuturno, in quo medicorum adjutoria cuncta defecerant, languore sanatam fuisse cognovimus, inquit *D. Aug. l. 22. de Civ. Dei, c. 8.* Etenim à quadam Judæo persuasa annulum capillatium cingulo inseruit, quo sub omni veste ad nuda corporis cingeretur: qui annulus haberet sub gemma lapidem in renibus inventum bovis. Hoc alligata quasi remedio, ad sancti martyris Stephani limina veniebat. Profecta Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradæ in sua possessione mansisset, furgens ut iter perageret, ante pedes suos illum jacentem annulum vidit, & capillatiam zonam, quæ fuerat alligatus, mirata tentavit. Quam cum omnino suis nodis firmis, sicut fuerat comperisset adstrictam, crepuscule, atque exilluse annulum, suspicata est: qui etiam ipse cum integerrimus fuisset inventus, futuræ salutis quodammodo pignus de tanto miraculo se accepisse præsumpsit, atque illum vinculum solvens, simul cum eodem annulo projecit in flumen.

**Ex titulo miraculorum, Fidei, &c. Pete exempla hujus loci. Item ex Tit. Sacramentorum Baptismi, Confirmationis, Eucharistiæ. Denique de Cruce.**

**DE MONE.**

*Consule Tit. Magica opera, Morborum curatio.*

**HOSIIBUS.**

**TELEPHUS** Mylorum Rex Achillis hasta percussus, ulcerè pernicioso (à quo deinde omnia maligna ulcera Telephia dici cœperunt) affectus, ex oraculo ab eodem, à quo vulneratus fuerat, remedium petere jussus, Achillis ope curatus est, cum is æruginem hæstè derasam inpersisset.

**PROMETHEUM** quandam Thesalam cum Lacydes Argivorum Rex vellet interficere, & tum fortè is phymate laboraret (tuberculum fuit id furunculo majus, rotundius, atque planius) transverberans ense perlanavit. Inno. Grammaticus, & Plutarchus. Quo modo quis ab inimico juvari possit.

Idem de Jafone Pheræo memorant. Similiter Sruicyntes Nicanora ephippo percussus, salutare intulit vulnus. *Ex Seneca de benef. 2. Tuber Tyranni quidam ferro divisit, qui ad eum occidendum venerat. Cæc. lib. 7. c. 21. Al.*

**QUIBUS PRÆSIDIIS.**  
**BAPTISMO.**

Gothos, qui in Thraciam irruerant, Theodosius Imp. cum Gratiano multis, magnisque præliis vicit, ac è Thracia expulsi, anno Domini (juxta Eusebii Chronicon) 382. Post victoriam verò, cum Constantinopolim præpararet, venit Thesalonicam, ubi morbo subito correptus, ab Acholio Thesalonicensi Episcopo baptizari postulat. Episcopus accessit primum cum interrogavit, quam fidem profiteretur? Respondit Imperator, se eam amplecti, & profiteri fidem, quam ecclesiæ in Illyrico, Ariano dogmate nondum infectæ, observarent: eam nimirum, quæ ab Apostolis jam olim tradita, & in Nicæna Synodo positè confirmata esset. Ita ab Episcopo cupidissime baptizatus, & à morbo liberatus est. *Socr. l. 5. c. 6.*

**Sacris rebus.**  
Per quos dies sacrosancta Crux Ptolemaide anxie conquisita nunquam comparuit: alia passi Domini monumenta miraculo mortalibus extitere. Lutetia Ludovicum filium Philippi Augusti Regis trimulum (rege in facta expeditione absente) tanta vis invasti morbi, ut animam agere, ac tantum non expirare videretur. Sacre spinæ coronæ particulam eam, quæ ad ædem D. Dionysii asservabatur, ac sacrum clavum obsecrationibus factis Lutetiam reverentissimè attulit Mauricius Parisiorum Pontifex, vir sanctus, ac corpori pueri admovit, Morbus depulsus, valetudo restituta. *Æmil. lib. 6.*

**ALEXIUS** Comnenus Imp. cum ægrotaret, & jam deficere videretur, Salvatoris imagine restitutus. Divinum enim peplum in Chalce repositum, quod faciem Christi impressam habebat, ad lectum, in quo jacebat, expansum est, & ipsius corpus eo involutum. Itaque morbi vehementia remissa, surrexit, cibum sumpsit, ac convalescit, morbusque desit. Sed cum parum constans vifa esset hæc valetudinis recuperatio, ut populum vana suspicione liberaret, eques in forum descendit. *Caspin.*

Quidam lethaliter faucibus, gustata buccella panis à D. H. Bernardo consecrata, valetudinem suam recuperavit. Is panis per multos annos incorruptus servari poterat, nec colere, nec sapore mutato. In Tolosana provincia Multi infirmi, gustatis, quibus D. Bernardus benedixerat, panibus, sanitate recuperunt. Quidam Civis Salernitanus aqua, qua manus laverat D. Bernardus Abbas, sanitati restitutus. *Adhor. vita.*

**Precibus.**  
*Consule Justitia religiose. Superstitiosas quæritiam, locos.*

**Magia.**  
Morborum curationes magicas, & præstigiolas. *Jo. Vier. l. 4. de Præstigiis demon. recenset, & consutat. Suffumigis.*

Sabai Arabes, qui regionem incolunt odoriferam, longa vexati ægritudine, cum natura debilis, adeoque exhausta est, ut recreari nequeat, ex asphaltio hircique barba vapores incidunt, quò

quod malus odor boni, immensusque vim nimiam infingat. Bo- na enim cum modo sumpta, hominibus profunt, & afferunt voluptatem: sine mensura vero, & alieno tempore, inutilia redduntur. Diod. lib. 3. c. 3.

ALPHONSUS Aragonum Rex Caput laborans aduersa vale- tudine; medicis multa medicamenta adhibentibus, in gravif- simo morbo, Quinti Curii historiam de Alexandri Magni re- bus gestis descriptas legere cepit: cujus lectione delectatus, cum omnem morbi improbitatem superasset, sanitati restitutus: Valeat, inquit, Hippocrates Imperator, Galenus Rex, Avicenna Princeps (hisc enim epithetis coryphaeos suos medi- cos exornare consueverunt) vivat Curtius, restitutor sanitatis meae. Meminit Ant. Pan. de Reb. gestis Alphonsi. En. Sylu. de ejus aetate. Similiter quoque Laurentius Medicus historia- rum lectione a morbo curatus. Sub Tit. Hist. utilitas.

VESPASIANUS Imp. Alexandriae quendam manu fideratum pede tactum sanavit. Alterum quendam caecum salivae illitione percuravit. Sueton. & Tacitus.

GLAUDIUM praeter omnium expectationem, gustato mellito pharmaco, revaluisse dicitur: Eamque rem in jocum popula- rem verlam fuisse quidam enarrant in hunc modum: Glaucus quidam poto melle, ob bilem pene exanimatus est. Ad hunc multis accurrentibus medicis, polyidos herba, quam draco- nem vocant, eum restituit. Erasmi. in Adag.

MORBI NON CURATI.

Huc irritarum Curationum exempla pertinent, respectu Patientis: inter ejus bona corpora ut ablatio morbi refer- tur, sic inter mala ejusdem, ablationis Frustratio. Sin A- gentem confideres, ad artis Medicæ eventum pertinebunt. Novi quendam quotannis verno tempore Palpitationis accidente vexatum, qui cum per tres annos a sanguinis detra- ctione se adjuvum intelligeret, anno quarto, antea quam acci- dens ipsum invaderet, sanguinem misit, idque pluribus deinceps annis faciendo, idonea etiam post sanguinis detra- ctionem medicamenta adhibuit. At nihilominus hic quoque ante senectutem morte præventus est. Gal. lib. 5. c. 1. de loc. affect.

Curia.

Curia, vel curia, est, inquit Festus, Locus ubi publicas curas gerant: Item sedes, ac templum publici consilii. Unde & duplicem Curiam habebat: Sacrorum, ubi Sacerdotes res divinas, Et Senatus, ubi Magistratus res hu- manas tractabat.

CURIAE EXTRUCTÆ.

PURIFICOS Purificus Rex Palatium in insula, quam Se- quana Lutetia facit, extruxit magnificentissimè. Huic ne- gotio præfuit Engerranus Marinus, regis consiliarius, & fi- cili præfectus: cui propterea statua ad scalas dedicata est. In eo palatio forum est, quod Parlamentum vocant: ubi certa sedes summis iudicibus data, ac constituta sunt. Illic etiam ratiocinatorum, & horumque plurium iudiciorum subsellia. Ad hæc regia principis Cagimus scribit ibi Parlamentum consi- stitile ordinatum Hutino Rege. Chron. Franc.

Require Tit. de Edificiis extructis. Item de sumptuariis impensis, factis in opera varia.

Superioribus annis Mechliniæ Palatium olim inchoatum, tandem exadificatum fuit, & concepto splendori redditum, eoque commigravit celeberrimus Senatus Regius, qui supre- mum Parlamentum, ad quod & Flandria, Lucemburgo, Bur- gundia, aliisque Provinciis provocatur, constituit, & causæ ibidem aguntur, assignatis pro iudiciorum varietate subsel- liis, & nobilioribus atriis.

Eodem penè tempore, Palatium, in quo Senatus Braban- tiæ jus dicit, Bruxellæ, & communi nomine Cancellarius nominatur, insigni adificio auctum fuit, & habitatio ipsius Cancellarii, quam dignitatem deserti istius Concilii Præses, accommodatum. Sic ut in ipso jam Palatio, & Curia sua, Cancellarius præsto sit, qui prius in conducto extra illud mor- abatur.

CURIALES.

QUINAM FUERINT?

Erantolim Curiales ex principibus Civitatum, qui mu- nera omnia sustinebant, & ab aliis tributa exigebant. Scribit Pomponius, cum Triumvirum colonias deducere, decimum quemque Curia sine Consilio adscriptum fuisse, unde decurio- nes dicti, qui & Curiales. L. si quis Curialis, C. de Episcopis, & Cler. in Novell. de Curial. Dicuntur Curiales nervi civita- tum, ac viscera, & vocantur minor Senatus. Multa de Cu- riis veterum, & Curialibus tradit Jul. Casar. Buling. lib. 7. de Imperio Rom. c. 3. & 4.

CURIAE MORES.

Vide AULA.

Lutetia Parisiorum obambulans Ludovicus XII. Gall. Rex obvius quosdam sibi habuit è Senatu, velocissimo gressu ad Curiam properantes: &, An non, inquit, ad proce- res, hi ad nundinas videtur proficisci? Imitatus Sratoclem, F. & Dioctem, qui se mutuo ad mestem auream invitabant, Curiam nundinas appellabat. P. Aem. in vita, Beyerl. in Apo- pht. Christ.

Viderat quidam frequentius, quemdam è familiaribus ad Curiam discurrentem, & obvius, Quo, inquit, tam festinus! Ad Curiam, respondit ille. Cui alter; imprudenter agis, an ignoras vulgatum illud:

Curia dat curas, non sit tibi Curia cura?

Curarum ergo expertus esse vis? à Curia abhine.

Monebat Plutarch. ad aulas accedendum velut ad ignem: neque propius, ne uraris: neque remotius, ne affligaris. Ex Gregor. Richteris in axiom. Polit. Idem.

Quam verò curialium, & aulicorum vita periculosa plena, ob voluptatum copiam, & effusam libertatis, ac omnium pe- nè flagitiorum libidinem, docuere Aulici duo, quorum me- moriam in Confessionibus suis fecit B. Augustinus, quos di- cere solitos testatur. In palatio quid non fragile, plenumque periculis? & per quot pericula devenit ad manus periculum. Iure igitur miraculi loco habet Hieron. Epist. ad Salomonem, Nedebrum adolescentem nobilem, in media aula nutritum, contubernalem Augustorum, quorum mensa ministrat orbis (verba ejus sunt) terræ, & maria servium, inter omnium re- rum abundantiam, in primo ætatis flore, tanta veterundia fuisse, ut virginali pudorem vinceret, & nelevem quidem obsecenrumoris in se fabulam daret. August. l. 7. Confess. c. 6. & refert Guilielm. Baldassenus l. 1. cap. 13. in Simulium virtutum Adolescentia.

Vide Aula, Aulica vita. Multa de hoc Argumento.

Curiositas. Curiosi.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Curiositas, quam πολυκαρπευσις Græci dicunt, est su- perflua cura, sive diligentia circa res inutiles, aut quali- tatem earum non necessariam; habetque locum proprie in studio, & amore cognitionis nihil ad nos pertinetis: nimi- rum cum quis superfluum diligentiam adhibet, ut aliquid sciat, quod nihil ad ipsum scire attinet, vel quod captum ipsius superat; idque affectu solius cognitionis, tales enim proprie curiosi dicuntur: ut sunt, qui res alienas scire cu- H- piunt, & investigant, tantum ut illas sciant. Quod si non affectu cognitionis, sed operationis scire contentus; verbè gratia, ut aliis noceant, vel sibi consulant, non erit proprie curiositas, nec illi dicentur curiosi. Unde patet, non omnem inordinatum affectum sciendi, nec omnem ex- cessum in studiis esse curiositatem: sed illum, qui tendit in ipsam scientiam propter se, maxime in eam, quæ est homi- ni inutilis.

EJUS LATITUDO.

Latè patet vitium curiositatis, quod virtuti studiositatis op- ponitur per excessum; quando quis cognoscere studet plus, quam expedit, aut sicut non expedit. Nam qui scire, ut sciat, vult, non tendens ad altiorem finem, qui est Deus, vanè curiosus est, ut ait S. Augustinus de vera relig. c. 19. & de mor. Eccles. c. 21. & S. Bern. serm. 2. in Cantica.

Præterea qui in eorum studio occupatur, quæ scire eum, ta- meti per se non sint mala, minime convenit: ut si Sacerdotes dimissis

dimissis Evangelii, & Prophætis, Comœdias legant, & a- A- matoria bucolicorum versuum cantent, quos reprehendit S. Hieronym. epist. ad Damasum de filio prodigo, multa que ea de re extant in Jure Canonico, de honest. Cler. l. 3. h. 37.

Deinde, si scientia quaeratur à dæmone per expressam, vel tacitam ipsius invocationem.

Postremo, si quis velit cognoscere, quæ superant huma- nam facultatem. Loco præfenti accipimus curiositatem pau- ló latius, ut etiam genus ipsum, notabile sit. Seneca.

Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus scripsit, misererit hominis, si præfens esset, si tam multa legisset su- pervacua: In his libris, de patria Homerique quaeritur: de Æneæ matre vera, his, an libidinosior, aut ebriosior vixerit, in his an Sappho publica fuerit: an alia, quæ erant deducenda si scires. Sed si ad nostros quosque perveneris, ostendam multa B- secusibus rescenda. Metire ergo artem tuam, tam multa non capis. Audi quantum mali faciat nimia subtilitas, & quam infesta sit veritati. Idem Epist. 49.

CURIOSE INVESTIGARE, INQUIRERE, EXPLORARE.

QUESTIA.

Quidam Christi Opt. Max. concionem de regno Dei audi- ens, problema ei de numero beatorum proponere fuit ausus, Putaretne paucos salvos fieri posse? Christus curiosam qua- sitionem utili, & necessaria consideratione correcturus, ad problema non respondit, id tantum serio monuit, Omnibus sedulo elaborandum, ut per arctam portam ingrediantur, ne- que enim, qui doctor, sed qui melior fuerit, regnum Dei possidebit. Luc. c. 13.

Huc refer Ex Tit. Cogitationis Mediorum.

Dei providentiam.

FRIDER. III. Imperat. cum ad Colonienfis comitia repente ingens vis mortalium convenisset, hospitium, & civium censu instituto, panum quoque, quæ die in urbe reliqui ad cen- nam servabantur, numerum inivit: sic ut in quatuor, vel quin- que capita singuli panes obolare vis responderent. Postero die, & equinam è tanto numero in tanta panis paucitate esu- rivissent, quaestione habita, divinx benedictionis memo- rabili exemplo, omnes assatum satiatos fuisse deprehen- dit. Joan. Agricola in Adagio Germanico, Bots bescheret uber nacht.

Eventum quemcumque.

Consule Locum Divinationis.

Germani, cum quibus bellum est, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium suarum, patrii quem- que armis committitur. Victoria hujus, vel illius, pro præju- dicio accipitur. Corn. Tacitus de morib. Germanorum.

Scripturæ intelligentiam.

MARCELLA Rom. vidua D. Hieronymi, qui Romam vene- rat, nunquam convenit, quin ne scripturam aliquid inter- rogaret, nec statim acquiesceret, sed moveret è contrario quaestiones non ut contenderet, sed ut quaerendo disceret earum solutiones, quas opponi posse intelligebat, tanto quidem profectu, ut post Hieronymi abitum, si in aliquo testimonio scripturarum esset oborta contentio, ad illam D- iudicem pergeretur. Et quia valde prudens erat, & noverat, illud quod appellant philosophi τὸ σπινθηρ, id est, decere quod facies: sic ad interrogata respondebat, ut etiam sua non sua diceret, sed vel Hieronymi, vel cujuslibet alterius ut in eo ipso, quod docebat, se discipulam fateretur. Scie- bat enim dictum ab Apostolo: Docere autem mulierem non permitto: ne virili lexi, & interdum sacerdotibus, de obsecris, & ambiguis scitantiis, facere videretur inju- riam. D. Hieron. in ejus Epitaphio.

Ingenium.

Vide Tit. Indoles cognita, explorata. Illic Subieci, bio Predicanti habetur ratio.

CLESTHENES Sicyoniortum tyrannus filiam Agaristiam de- stinabat nupti dare præstantissimo Græcorum omnium. Ludis igitur Olympiis nunciari jussit voce præconis, ut

quisquis sese dignum putaret, qui Clitthenis gener esset, is ad sexagesimum diem, aut prius Sicyone præsto foret: quoniam E- Clitthenes, intra annum à sexagesimo die incepturus, exequi nuptias destinasset. Iraque omnes Græci, aut sua ipsorum, aut familie claritate confidentes, eo proci contenderunt: quibus Clitthenes & curriculum, & palastram ad certan- dum præparaverat. Ibi eos annum apud se detinens explora- vit uniuscujusque, & virilitatem, & iracundiam, & erudi- tionem, & mores: nunc cum singulis, nunc cum universis congressus: & juniores in gymnasia educens, præcipue tamen conviviis experiebatur. Tandem instituto convivio filiam Me- gali Alcmæonis filio depondit. Herod. l. 6.

Vetus mos erat Athenis adolescens, cum ad pubertatem pervenissent, artificii statim destinare, hoc modo. Propone- bantur omnis generis instrumenta, quibus cum adhibiti es- sent adolescentes, ad quod quisque accommodare se, & quæ si oblectari visus, ejus artificio, quasi naturæ ipsius annuenti, adhibebatur. Bassi. in epist. ad Eudoxum Rhetorem.

Apuleius lib. 1. Floridarum, narrat quemadmodum Socra- tes proverbium, Pluris est oculus testis unus, quam auri- ti decem: inverterit, Pluris est auritus testis, quam oculati decem. Nam cum conspexisset adolescentem decorum, sed F- diutule tacentem: Ute videam, inquit, aliquid eloquere. Sensit itaque Socrates, aurium judicium certius esse, quam oculorum: quod oculis non nisi corporis formam contueamur, ex oratione mentis habitum deprehendamus. Erasmi. in Adag.

CONSTANTINUS Imp. in conservando milite nimium cau- tus, examinator meritorum scrupulosus fuit, Palatinas digni- tates velut ex quodam tribuens perpendiculo. Sub eo nemo celsum aliquid acturus in regia repentinus adhibitus est, vel incognitus: sed qui post decennium officiorum magisterium, vel largitiones, vel simile quicquam esset reductus, a- pertissimè nocebat. Valdeque raro contigit, ut milita- rium aliquis ad civilia regenda transferret: contraque non nisi pulvere bellico indurati præfiebantur armatis. Marcell. libro 21.

Latunculorum ludus, ut ingeniosissimus est, ita inge- nium, & indolem cujusque evidentissimè demonstrat. Ratio- nis acumen, Affectuum impotentiam. Nostra ætate duo in- fignes Duces militares, indiciarium tempore inter se lude- bant. Unus illorum ut adversarium suum moræ impatientia præfenti periculo cum spe aliqua latendi, sed levi tamen illa, & incerta, milites suos, regemque adeo ipsum, exponere se- mel, atque iterum vidit præcipitanti ingenii animadversa, posteaquam induciarum dies exspirant, insidias à ludo ad seria transtulit, & temeritatis inconsiderata pœnas, insignem nactus victoriam ad adventario exegit. Fran. Sansovinus Com. de Equitibus.

Sapientiam.

BIAS Priæneus referente Plutarcho in libello de Audiendo, rursus in alio de loquacitate, Amasidi Ægyptiorum tyranno sapientiæ ejus explorandæ causa jubenti, ut sibi, quod esset in victimæ, quam ad illum miserat, carnis & optimum, & pes- simum mitteret, linguam resectam misit: inuens hujus usum esse præcipuum, sive prodesse cupias, sive nocere. Plat. in Convivio.

Fortitudinem.

PORCIA M. Brutii uxor, cum philosophiæ studiosa, & viri H- amans esset, animosaque, atque cordata, & maritum magnum quid animo voluere ex vigiliis ipsius collegisset (conspiraverat autem cum Cassio contra Cæsarem) non ante virum roga- re de arcans aggressa est, quam periculum sui fecisset hujus- cæmœdi. Culcellum accepit, quo unguis rescindere tonsores solent, omnibusque ex actis cubiculo pedissequis, vulnus se- mori inflixit altum, unde effluxit vis magna sanguinis, ingen- tesque dolores, & febris mox cum horrore gravis comitata sunt. Trepidantem Brutum, & discruciatum, cum esset dolor intensissimus, hoc modo affata est: Ego Brute, in domum tuam Catonis filia nupsisti, non sicut pellices ad lecti tantum, & mensæ consortium, sed etiam ad prosperorum, & adversorum societatem. Tua quidem causa nihil est, quod de nuptiis con- querar. Sed à me quod documentum, aut quod oblectamen- tum erit tibi, si neque reconditum animi cruciatum, neque curam, quæ fidem requirit, tecum feram. Non me fugie natu- ram imbecilem haberi ad secreta continenda muliebrem, at est

est aliqua, Brute, & prohi tyrocinii, & honesta consuetudinis A ad mores tingendos vis. Mihi vero hoc obigit, ut & Cato-

nis filia, & conux sim Bruti. Quibus ante hac minus freta, nunc memetipsa vel ad dolorem probavi esse invictam. Sic facta, ostendit ei vulnus, & quod fecisset periculum, expo-

ruit, ut consilio suo propitii adesse vellet, quo dignum se Porcia præstaret virum. Plut. in Bruto.

HAQUINUS Norvegiarum Rex, & victis navali prælio Danis, & non paucis captis, cum audivisset eos, vel receptis in vultum istibus ne leves quidem superciliorum nictus edere, hujus rei periculum facere voluit. Prior Sivaldus Dux Danus satellitis fuisse percussus, oculos motu vacuos præbuit. Karlshelmi verò alium districta securi capiti suo im-

minentem pulsu pedis prostravit, extortaque securi caput ei amputavit. Haquinus, ut utroque potius bono milite uteretur, quam in utrumque animadverteret, remissionem poenæ, dummodo partes suas fide, atque amicitia colerent, pollicetur. Illi verò turpi pacto prorogandi spiritus beneficium accipere noluerunt. Itaque ab eo constantia admiratione dimissi sunt. Saxo lib. 10.

Pudicitiam. Pysylli in Africa fiberos genitos sevilissimis serpentibus obiciunt. Quos si feratrefugiant, vel legitimos educant: sin minus, ut adulteros abdicant. Plin. l. 2. c. 7.

De Germanis memoria proditum est, eos uxorum pudicitiam ita probasse: ut infantes recens natos scutis impositos in Rhenum deferrent: si mergerentur, uxores adulteri convictent: sin supernatarent, tum infantes pro suis agnoscerent. Unde illud inter Græca Epigram.

Ευφροσύνην κληρονομήσας ἔχρησται πύλυ. Τίσινα τελευτήσεται, καὶ ἐπείρος ἴσθι τοπίος, πρὶν πρὸς ἀδελφῶσι κληρονομήσῃ ὁ θάτι σιμῶν. C. C. Hinc Claud. in Rufin. l. 2.

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus. Obfretix virginis cuiusdam integritatem manu velut explorans, five malevolentia, five inscitia, five casu, dum inspicit, perdidit. Non opinor, inquit August. l. 1. de Civ. Dei, c. 18. quenquam tam stultè sapere, ut huic periisse aliquid existimet etiam de ipsius corporis sanctitate, quamvis membri illius integritate jam perditam.

Religiosum. Seruari religionis arcana, Sub Loco Impietatis distributiva.

WEDERINDUS Saxon. Princeps magno prælio à Carolo magno apud Hafam fluvium victus, se ex fuga recepit in arcem, qua illi fuit ad ripam Visurgi, five Uvisere fluminis. Eam rex cinxit obsidione. Elapsus ipse, pervenit in Daniam. Sed non diu post assumpto Albione, qui ditionem ultra Al- bim teneret, quam nunc Holfatiam dicunt, reconciliatus est regi, ad Oram fluvium, in loco Uvolmerstede, in orientali Saxoniam. Vicina erat Paschatis solennitas, & rex cum universo exercitu sese parabat ad commemorationem Dominicæ pas- sionis, & expiationem criminum. Uvedekindus quo minus nosceretur, mendicus cum mendicis ad stipem sedens, ubiad cum perventum est, dexteram & in se protendit. Qui distri- buebat, observavit incurvum in manu ejus digitum, quem sciebat habere Uvedekindum: vultum ejus diligentius intue- tur, agnoscit, & quid ita inter mendicos sederet, percontat- ur. Ille se ad regem jubet introduci, ipso Paschatis die. Rex hilariter excepit venientem, percontatus quid sibi vellet indi- gnus principis habitus. Ille sub hæc, Volui illustrare secreta sacrorum: vidique adeo ante biduum (qui dies Parasceves er- at) te vultu demisso tristem, iidem hodie: posteaquam ve- rō mensam adisti sacram, ita hilari mihi conspectus es vultu, ut repentiæ tuæ mutationis me caperet admiratio. Stupebam autem videns de manu purpurati sacerdotis singulos pulchel- lum puerum in os suscipere, eundemque aliis arridere, ultro proptere, aliis verò, avertere vultum: & in os demissum, non redeuntem adipei. Grantz. l. 1. Metrop. c. 9. l. 2. Saxon. cap. 23.

EDVINUS Northumbrorum Rex ad Christi fidem non prius converti voluit, quam doctriniorum virorum ex utraque parte disputationibus percipit, Christianam pietatem honesta, & rationi magis consentaneam esse didicit, quam idolo- rum cultum. Polid. l. 4.

Regionem, Flamina, Vadum.

ALBOINUS Longobardorum Rex, progressus pacato agmi- E ne usque ad primos Italice fines, montem quandam excelsum ascendit, bifontibus, bobus agræfibus eximia magnitudinis quos educat, insignem (is deinde ab illo Mons regius dicitur est) atque ex eo, quantum prospicere oculis potuit, subiectam Italiam contemplant, protinus expeditionis suæ consilium ex- pedivit: quippe singulari camporum amœnitate, ac fertilitate illectus, Italia dexteram sibi petendam constituit, atque ita motis castris Venetiam proximam regionem, armato nemine occurrente, ingressus est. Sigon. l. 1. regni Ital.

Cum traicitur Barbari pedibus amnes, præmittunt vulpes: quæ, si non crassa sit glaciæ, sed tenuis cruita (quod percipiunt ex subterfluentis strepitu) retrò concedunt. Plut. de l. frigidis.

TRIVITIUS industrius senex Eburoduni agens multos menses, post acceptam ad Novariam cladem, & adhibitis lo- corum peritissimis, valles, montesque Alpium magno labore, & incredibili studio collustravit, etiam tunc animo agitans, quibus maxime itineribus ducendus exercitus foret, si ab Ludovico XII. Gallorum Rege iterum armis Italia peteretur. Eo mortuo, Francicum I. Regem mirabili fidelitate per Alpes Argentarias, timere difficillimo, sed illius industria expedi- tissimo reddito, contra hostium spem, qui reliquos transitus omnes occupaverat, traduxit. Jovius.

Frider. I. contra Mediolanenses ducente, cum pons Ab- duz multo labore, longoque tempore reficeretur, Odolonus impiger juvenis, patreque in Boemia nobili prognatus, cui ex vico, quem possidebat, Chyffio cognomen erat, Bernardum Lubnesem contubernalem suum, ad vadum investigan- dum cohortatus est: eoque reperto, Uladislaw I. Regi Boe- morum illud indicavit. Cui mox clam omnibus transmissio exercitu, ad pontem reficiendum præclaram præstitit operam. Dubrav. libro 12.

Furtum.

Qui furtum ibat querere in domo aliena olim, liceo cin- ctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter ma- tremfamilias, aut virginum præsentiam. Plut. lib. de Leg. 12. in conquiritis furtis jubet, ut Dominus rei furtivæ in ades alienas ingrederetur, si hujusmodi, si hujusmodi hujusmodi: adium autem Dominus omnia ei sua patfaceret. Constat au- tem multa è Platonis legibus in XII. tab. translata esse: in quibus hoc ipsum numerandum putarem, ut hujusmodi, licitum interpretaretur, quo pudenda consilium regeter. Lan- cem autem ante oculos propterea fuisse adhibitam, ne matris- familias, aut virginum spectandarum causa introitus pareretur, quod multis in locis propè pro flagitio numeratur. Hotoman. de Verbis juris.

Ætatem.

Indigenarum civium Atheniensium filii se pro civibus gerere non poterunt, nisi planè pueri nomina primum apud curiales, deinde apud populares professi essent, quam professionem δοκιμασίαν vocant. Annus autem prioris professionis legitimus, annus ætatis decimusquintus fuit, ut scriptum est apud interpretem Vespasium Aristophanis ex auctoritate Aristoteles. Cujus cum haud satis certum sum- mere argumentum possent ii, qui ei probationi præficti erant, quos illi δοκιμασίαν nominabant, pudenda ipsa puerorum studiosius inspiciebant. Dies autem hujusmodi H professioni dicata est, quæ fuit Apaturiorum tertia, quæ propterea κρηστής est appellata. Facta verò est per parentes jurjurando obstrictos, liberos eos suos esse, quos profes- terentur, & quidem ex conjugæ suæ civitatis matros. Post- terioris autem professionis annus fuit decimusquintus, quo an- no ex pueris ephebos, atque adeo in viros adscribantur. Sigon. l. 2. de repub. Athen.

QUALIA.

Necessaria, vera, Utilia. SOCRATES circumibat requirens, quibus sermionibus Py- thagoras homines impulisset. Plut.

ARISTIPPUS mercatu Olympiaco congressus cum Iechoma- cho rogavit, quam orationis vi adeo permovisset Socrates juvenutem. Ac pauca quadam sermone illius, & gustum eorum exiguum cum cepisset, ita fuit incitatus, ut corpore concideret, planèque pallorem, & maciem contraheret: quo- ad Athenas navigavit sicundus, æstuantque, atque ex fonte hausit,

hausit, virumque illum & sermones, & doctrinam audivit: A cupus erat finis, ut quique sua cognoscat vitia, & ab iis li- beretur. Plut. de Curiositate.

Non necessaria, Fabulosa, Inutilia. CURIOSITAS propriè.

OEPIPODEM tummis malis arguta sedulitas involvit. Cùm enim quæretet semetipsum, qualem esse civis Corinthius; sed peregrinus, occurrit Lajo. Quo trucidato, ductaque in matrimonium præmio regni matre, cum felix haberetur, ier- rum quæsit scipsum, & non concedente conjugæ, multò magis coarguit conscium senem, quem omni vi urfit. Ad pos- situm cum res eum jam suspicioni implicaret, ac vociferata- ter fenebat.

Hi dura res urget me, ut dicam. Ipse vicillim ex motu animi inflammatus, & discruciatu ref- pondet: — Et non quidem

Ut audiam: verum audientium sit tamen. Plut. de Curiositate.

ANTAGORÆ Rex Antigonus in castris pacinam congrorum coquenti præcincto assistens: Censent tu, Homerum, inquit, cum Agamemnonis res geltas scripto mandare, congris elix- xasse? Cui ille apponit: Tu verò, inquit, Agamemnonem censens, cum res illas gereret, coquis in itativis elixaret con- grum, anxie indagasse? Plut. l. 4. quæst. Convivial. 4.

DIOGENES Cynicus (cui carmen hoc, quod est Odyss. 8. ὄντα τοὶ ἐν μακροῖσι ναύων ἢ ἀρχαῖον τὸ πνεύματι) semper in ore consuevit esse) Grammaticos nimis ridiculè facere solet, qui tanto studio Ulyssis mala inquirerent, sua ignorarent. Erasim. in Adag.

QUORUM. S. U. A.

GALLUS CÆSAR, ad tuendum Orientem relictus à Con- stantino contra Magnentium profectò, noctu cum satellitibus incognitus per lupanaria & tabernas curfabat, sciscitabundus sub voce Græca & altera, Quid de Cæsare sentient? Malè de C ipso loquutus trucidabatur, reperto aliquo figmento. Cyp.

ARIPERTUS II. Longobardorum Rex ignoto habitu per oppida vagabatur, sciscitans, & explorans, eoquid dese- fuisse judicibus populi quærentur. Paul. Diacon. l. 6. c. 10. c. 12. Bonifratius l. 8. Dec. 1. Polidorus l. 4. hist. Anglorum. Sigon. l. 2. regni Ital.

FRIDERICUS senior Dux Austria, Imperatoris Friderici III. patris, sæpè mutata veste solus inter agrestes versatus est. Cum quibus diurna mercede & arans, & alia quævis munia faciens ruris, & de seipso, & de purpuratis suis consulari consueverat. Interrogatus cur id ageret: Neque enim de me, inquit, alio modo verum audire possum. Aeneas Sylv. l. 3. Com. in Panorum.

ALIENA.

In genere. Curiosi in alienis.

Nostra nos sanè quàm solutè prosequimur, & cum ma- gna impudentia: aliorum origines excutimus, velut Syrum avum fuisse, aviam Thresiam, tria illum talenta habent aris D alieni, neque usum dissolvit. Exquirimus item hujus- modi, unde hujus reversa sit uxor, quid ille, & ille seorsum collocti sunt in angulo. Plut. de Curiositate.

BALNEUS, id est, Balneator, five balnei caupo, vulgato con- vicio dicebatur homo alienarum rerum plus satis curiosus. Propterea quòd hujusmodi genus hominum, ut & Tonon- rum, quoniam in otio vivit, neque suis negotiis distinctur, aliena curare consuevit. Quemadmodum ille Damaspippus Horatians:

— Aliena negotia curans, Excussit propriis. Festiviter Martialis Ollum quandam notat, qui malorum alienorum erat observator curiosissimus, & taxator acerri- mus, cum ipse uxorem haberet adulteram, filiam viro matu- ram, diceretque etiamnum pro togula.

Apud Ter. Menedemus Chremetis curiositatem his verbis taxat: Tantumne ab te tua est otii tibi, Chremè, Aliena ut curas, eaque nihil, quæ ad te attinent, L. B. Theatr. vita Hum. Tom. II.

Monachorum.

Indoles eorum, qui in Monachorum consortium adopta- ri vellet, hoc modo olim explorabatur. Ad dies decem, & amplius, præforibus excubare cogebatur, & omnium præ- terentium fratrum opprobriis, & injuriis erat expositus. Deinceps inquirebatur, quid de pristinis suis facultatibus reli- quum haberet: neque enim pecunias quenquam inferre patie- bantur, ne eas quidem, quæ monasterii utilibus profutura fuis- sent. Receptus, propriis vestibus exutus, Abbatis manibus monasterii habitu induebatur, in communi fratrum conven- tu. Quòd si verò paulò post ad seculum respicere deprehen- deretur, spoliato ordinis vestitu, propria vestimenta redde- bant, & monasterio eiciebant. Satis autem jam probati, non statim univerfo collegio associabantur: sed per integri anni spaciùm, sub cuiusdam senioris disciplina, non ita longè à vestibulo monasterii, peregrinorum, & advenarum curam gere- bant. Hinc reliquo cœtui aggregandi, euidam ex seniori- bus, cui institutio decem juniorum commendata erat, com- mittebantur instituenti. Docebantur propriam voluntatem, & concupiscentiam domare, animi motus, & subitas cogita- tiones seniori patefacere: neque de eisdem sibi ipsis sumere judicium, sed quodcumque senior ille pronunciat, illud fo- lum, vel bonum, vel perniciosum credere. A fluctuanti tan- tam obedientiam præstabant, ut non modò cellam quacunque de causa non egredierentur, sed ne quidem ad necessitatem na- turæ secederent absque præpositi venia. Imperata tanta animo- rum promptitudine expedire cupiebant, ut impossibilia sæpius aggredi non recusarent. Cassian. lib. 3. c. 4. de Institutis ren- nunciamentum.

HILARIONIS Eremitæ exemplo per totam Palæstinam innu- merabilia monasteria esse coeperunt. Ipse stans diebus ante vindemiam lustrabat cellulas monachorum, interdum usque ad duo hominum millia, viaticum suum ferentium, in comi- tatu habens: progressu temporis unaquaque etiam villa vicini- nis monachis, susceptione sanctorum gaudens, cibos affer- bat. D. Hieron. in ejus vita.

STEPHANUS Ungarorum Rex quotannis cenobia, basilicas, adeoque factas perlustrabat, ut adificios, hominibusque profi- ceret. Inter lustrandum non modò sacerdotum, verum etiam pontificum mores exacta investigatione recognoscebat, G increpabat negligentia reos: studiosissimum quemque dili- gebat, observabatque. Per quæstores autem singulis ferè men- sibus, urbanos, paganosque antistites, cunctaque sacerdotum collegia recensere, recognoscere vitas, & cuiusque verba, factaque diligentius pensitare studebat, ne quid publicè, priva- timque piaculi committeretur. Illud præcipue curæ fuisse tra- dunt, ut viros moribus & doctrina probatissimos in rebus fa- ctis ubique præficeret. Bonif. lib. 1. Dec. 2.

HOGERUS Hamburgensis Archiepisc. ex monacho Cor- bejensi factus, visitabat frequenter fratrum loca, ne quid per incuriam obreperet, quod sanctitati derogaret. Sæpè ab Hamburgo, nocte intempesta, exploraturus quidnam in Ramfola ageretur, ad vigiliam propeperat matutinas. Grantzius l. 3. Metrop. cap. 1.

Subditorum.

Sic Aripertus, Theophilus, Basilius Macedo, Ludovicus Ungarus. De quibus in præcedentibus.

Mathematicorum.

Solent Quidam ad tentandam peritiam Mathematicorum afferre ad eos constellationes mutorum animalium, quorum ortus propter hanc explorationem domi suæ diligenter obser- vant, eosque Mathematicos præferunt cæteris, cui consellationibus inspectis dicunt non esse hominem natum, sed pecus. Audent etiam dicere quale pecus, utrum aptum la- nificio, an vestitioni, an aratro, an custodiæ domus. Nam ad canina fata tentantur, & cum magnis admirantium clamoribus ista respondent. Sic desipiunt homines, ut existimant, cum homo nascitur, cæteros rerum ortus ita inhiberi, ut cum illo sub eadem cœli plaga nec musca nascatur. D. August. l. 5. de Civ. Dei, c. 7.

Eloquii.

GAL. MAXIMIANUS bello Persico fidei speculatorum diffi- dens, ipsemet cum duobus equitibus ad exploranda hostium castra